Cenabis bene, mi Fabulle, apud me, paucis (si tibi di[1] favent) diebus, si tecum attuleris bonam atque magnam cenam, non sine candida puella, et vino et sale et omnibus cachinnis; si, inquam[2], haec attuleris, venuste noster[3], cenabis bene; nam tui Catulli sacculus est plenus aranearum. Sed contra accipies meros amores; seu[4] quid suavius elegantiusve est: meae puellae donarunt Veneres Cupidinesque; quod, cum tu olfacies, deos rogabis ut te faciant totum, Fabulle, nasum.

---

[1] di = dei

[2] inquam: *1st person singular of* ***inquit***

[3] venuste noster - *referring to Catullus' friend Fabullus*; "my charming fellow"

[4] seu: "or if", *this will change* ***quid*** *to the meaning of* "anything"